



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.32. Concilia Cloveshoæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

riam colit. Corpus in ipsius Ecclesia as- Sæculum IX.  
 servatum, usque dum Frater ejusdem A. C. 804.  
 Hildegrinus Episcopus Catalauni adve-  
 nisset, qui illud in Ludgeri Monasterio  
 Verdensi vigesima quinta Aprilis sepeli-  
 vit. S. Ludgerus in Sede Mimigerne-  
 fordensi Successorem habuit Gerfridum  
 Nepotem, cui successit Altfridus, vitæ  
 S. Ludgeri Scriptor, ex iis, quæ a Fratre  
 ipsius Episcopo Hildegrino, forore Heri-  
 burga Sanctimoniale, Nepote ejusdem  
 Gerfrido Episcopo, & quibusdam aliis,  
 didicerat.

### §. XXXII.

#### *Concilia Cloveshoæ.*

In Anglia Adelardus Cantuariensis sub *to. 7. Conc.*  
 idem tempus duo Concilia Provincia- p. 1153.  
 lia Cliffæ, quæ tunc Cleveshoa diceba-  
 tur, celebravit. Primum anno octin-  
 gentesimo actum creditur, Quenulfo  
 Rege præsente, ubi postquam Fidem ex-  
 aminassent, & cognovissent, esse can-  
 dem, quam a S. Gregorio accepissent, *to. 7. Conc.*  
 de usurpatione Bonorum Ecclesiastico- p. 1053.  
 rum tractarunt; quippe etiam quarum-  
 dam Ecclesiarum Tabulæ surreptæ fue-  
 runt. Tum Archiepiscopus etiam pa-  
 ctum aliquod permutationis cum qua-  
 dam Abbatissa initum, ratum haberí  
 voluit.

Alte-

**Sæculum IX.** Alterum Cliffæ Concilium habitum  
A.C. 806. est anno octingentesimo tertio duodecima Octobris.

**p. 1089.**

Cum Adelardo aderant Episcopi duodecim, qui subscripti ferunt, & post eorum singulos, Abbates & Presbyteri ipsis subditi. Adelardus iterum querelas movit, quod Rex Offa, sedente

**Sup. n. 6.** Jamberto Antecessore suo, multa usurpasset, rursusque, potestate a Leone Papa accepta, Anathema dixit omnibus illis, qui similia attentarent.

Prohibuit, ne Monachi Dominos Laicos sibi eligerent, sed Regulam exacte servarent. Ex subscriptione hujus Concilii visuntur nomina Episcopatum, qui tunc Ecclesiæ Cantuariensi suberant, ea que hodie ita mutata sunt, ut difficulter cognosci possint.

### §. XXXIII.

**Tarasii Obitus.** Nicephorus Patriarcha.

Constantinopoli Tarasius Patriarcha vivis excessit 25. Febr. Indictione decima quarta, nempe anno octingentesimo sexto, postquam hanc Sedem annis viginti & uno & duobus mensibus tenuisset. Quamvis esset senectute & morbo fractus, non tamen omittebat Sanctum Sacrificium offerre, (\*) sed tamen bula

**Theoph.an.**

**4. p. 407.**

**vit.Boll.to.**

**5. p. 588.**

(\*) Hier hat unser Protestant schon wiederum die